

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Philosophia I
cum fonte primo

Vbi se in astrologie partem labilis error infuderit et uitas mortalium de cursu stellarum putauerit colligendas, tunc abhominandi, tunc potius ceci sunt cum se estimant praeuidere que creator nobis utiliter decreuit abscondere.

Cassiodorus super illud Psalmorum:
Appropinquant sibi.

At
ubi se in astrologiae partem labilis error infuderit et uitas mortalium de cursu stellarum putauerit colligendas, tunc abominandi, tunc potius caeci sunt, cum se aestimant praeuidere quae Creator nobis utiliter decreuit abscondere.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 148, 14 (CCSL 98, M. Adrien ed., p.1321, ll.271-275).